

nendam. exorantes in domino. quatinus insufficientia nostra apud eum qui dat omnibus assolventur et non improperat orroribus adiuvetis. et circa commissa nobis dominici gregis curam diligenter invigilantes. nostrum fatigatis humiliter supplere defectum et incerta nobis pastoris honoris gravitatem vigilanti studio comportare vos tamquam principalia membra ecclesie onorare intendimus. et in quantum permiserit dominus vestris necessitatibus adiuvare. Ad hoc volumus et mandamus. ut cruce signatos vestrorum diocesum attentius exortamini. ne propter obitum prefati predecessoris nostri costernant corda eorum. neque formident. quasi ex hoc terre sancte impediatur succursus. quamvis sufficientia illius nostra iudicatur inferior. ad liberationem tamen illius terre votis non oneribus astingamus (*sic*) quibus ipse dominus qui operantes in se nullatenus deferit effectum tribuimus et profectum ut quod possibilitas nostra non optinet eius nobis gratia largiatur. Datum Perusii. VIII. Kalendas. augusti. pontificatus nostri anno primo. (*Segue una firma coperta d'inchiostro*).

§ II. *De duodecim mensibus* (fol. 12).

Romani auctore romulo. X. mensibus annum ordinaverunt. diebus vero. CCC.III. agebant. qui primum genitori suo matri dicatum. Secundum apertione frugum nominavit Aprilem. Tertium mage marti mercurii. Quartum Iunone sacrum. Quintili et sextili. qui nunc a nativitate Iulii Cecaris et Augusti triumpho nuncupantur. et certis sequentibus a numero nomina imposita. aliorum appellant. quia tunc Kaleata. et vocata in capitolium plebe dicto quinques vel septies verbo. Kalo. I. voco: quot dies supererint pronuntiabantur ad nonas. Nonas autem quid pono ante idus die. confluenter in urbe. suscitatum quid esset eo mense faciendum. Porro. idus diem qui dividit medium mensium pronuntiabant. Iduare etrusca lingua dividere est. Bis numba duos menses adicietis. Ianuarium.